



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

2. De instit. S. Sacram. Matt. 26.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

230 MEDITATIONES DE
MEDITATIO II.

De institutione S. Sacramenti Eucharistiae. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

ACCEPIT DEVS panem & gratias agens benedixit, fregit, deditq; discipulis, dicens: Accipite & comedite. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur Hoc facite in meam commemorationem. Considera stupendum Dei erga nos amorem: Dum enim Iudas molitur proditorem, principes sacerdotum crucem & mortem parant, Christus sollicitus est, ut testamenti loco nobis relinquat pretiosissimam hereditatem, non regnum, non opes, non honores, non scientiam, non aquam de petra, non manna de caelo, non angelum, vel archangelum, sed seipsum, Deum & hominem, quo nihil praestantius esse vel excogitari potest. Et seipsum, non ut regem tantum & Dominum, patrem, fratrem, sponsum, advocatum, sodalem, magistrum, sed in cibum & potum, ut quam arctissime illi coniungeremur, & sicut cibus in substantiam corporis nostri, sic nos corpore & anima transformaremur in ipsum, quo divinae consortes naturae & filii Dei efficeremur. 2. Considera Christum accepto pane gratias agere Deo, ut scias, quanda

PAS

quando prius tibi, & pe-

Deina

Bibite ex

ui testam

funderur

dera Chi

ut esset M

omnium

in aliis r

diuinam

potentia

& ineffa

sub spec

sanguin

pientiam

tionem

per cibu

mimus,

benter, f

cederem

omnia b

donavit

ait ipse,

specie v

stum vi

semper

PASSIONE DOMINICA. 237

quando sanctum hoc sacramētum sumis,
prius tibi agendas gratias pro tāto benefi-
cio, & per preces animū ad Deū eleuandū.

Deinde accepto calice gratias egit dicens:
Bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis meus no-
uī testamenti, qui pro vobis, & pro multis ef-
fundetur in remissionem peccatorum. Confide-
ra Christum hoc mysterium instituisse,
vt esset Memoriale & quasi compendium
omnium mirabilium operum suorum. Nā
in aliis rebus vnā aliquam proprietatem
diuinā, in hac autem ostendit multas, vt
potentiam infinitā, mirabilem sapientiā,
& ineffabilem bonitatem. Potentiā, quod
sub specie panis & vini totus, cū corpore,
sanguine, anima & deitate cōtineatur. Sa-
pientiam, quod tā suauem & cōmodā ra-
tionem excogitarit se nobis vniendi, nēpe
per cibum & potū, quo nihil libentius su-
mimus, frequentius, auidius; vt scilicet li-
benter, saepe, & auidē ad Eucharistiam ac-
cederemus. Bonitatem deniq;, quod secū
omnia bona spiritualia, & vitam aeternam
donauit. Qui manducat enim hunc panem,
ait ipse, viuet in aeternum. Considera. 2. sub
specie vini secūdo dati nobis totum Chri-
stum vā sub specie panis, vt recordaremur
semper passus & per effusionis sanguinis

10a. 2

218 MEDITATIONES DE

Christi in cruce, per vinum significatā, & calicem, dignissimè enim communicat qui cum desiderio perfectè imitandi Christum, etiam in passione, communicat.

3. *Dico vobis, quia non bibam amodo de huius generis vine vitis, usque in diem illam, cum bibam novum in regno Patris mei.* Considera id dictum à Christo, ut nos doceret cōviviuium Eucharisticum in hac terra, esse pinguis & arrhabonem coniviuii cœlestis alterius vitæ, in quo apponetur vinum præstantissimum & novum, mittendū in vires novos corporum immortalium & gloriosorum, quo omnes beati ab vberitate domus Domini inebriabuntur, hoc est summo gaudio in æternum fruuntur, in omnium præteritarum ærumnarum & vanitatum huius mundi obliuiscuntur.

Isa. 35.

MEDITATIO III.

Christus proditorum inter cœnā indicat.

Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. Io. 13.

1. **I**ESVS turbatus est spiritu, & dixit. *Vnus ex vobis me tradet, qui manducat mecum, & intingit manum in catino & contrisat.* discipuli singuli dicunt. *Nunquid ego sum Domine?* Considera miram Christi mansuetudinem permittētis manū proditoris in ea.

PASS

in eadem
afficeret
Turbari a
vel vnus
vnus in
scas non
occulta si
perior sis
2. Consi
dam à sce
pedes lau
se prodēc
nat in car
ternā. Va
sed nihil

Simon
su prodito
suum, ape
porrigeret
Satanas
Confide
nem de
ingressu
gestioni
gressus
noctu &
non au
certè, i